

PROBLEMA NUPTIALE,

*An Viro Literato, & quidem in Schola occupato, uxor
ducenda sit?*

IN NUPTIIS

Eximii, Humanissimi, Doctissimiq; Viri,

DN. JOHANNIS ERNESTI,

Scholæ Neobojanoviensis Collegæ & Con-
Rektoris bene merentis,
SPONSI;

&

Multis Virtutibus Ornatisima Virginis

R E G I N Æ,

Viri Spectatissimi & Honoratissimi

DN. DAVIDIS GOLDAMMERI,

Civis olim & Mercatoris Lesnensis super-
stitis Filix,

BOJANOVIAE Prædie Kalend. Augusti

ANNO SALVTIS NOSTRÆ M. DC. LXIII,

solemniter celebratis,

propositum

à

M. IOHANNE HERBINIO,

Scholæ Provincialis Woloviensis

Rectore.

*STEINOVIAE AD ODERAM,
Typis VIDUÆ WIGANDI FUNCCHII*

Adm. S. C. In. Adm.

PROBLEMA...
DR. JOHANNES BRUNST

in der...
L. 1891

BRUNST

DR. DAVID...
L. 1891



1018415

1018415

M. JOHANN BRUNST
L. 1891

UNIVERSITÄT WÜRZBURG



1.



Um spirat Orbis praelia Thracius,
Iratuſ enſem miles & impium
In Patriam ſtringit, Poſoni
Cedibus immeritis caduntq.

2.

ERNESTE, miror, te modo ſaucium
Lentus puella torret amor ſua:
Cruenta Martiſ nam repellit
Brachia Diva potens amorum.

3.

Majora ſagrant praelia, ceu vides:
Doctas Camoenas * num deceat torus
Frater, maritaliſ; Scholamq;
Vincula Cypridoſ an ſerenent?

Problema

4.

Gravis Sophorum turba negant ita:
Non Diſ amicum eſt: Cypriuſ baud deceat
Ardor Minervam. Num pudebit
Solvete te Venerem ligatam?

5.

Juventa cecos in ſcopuloſ ruiſ:
Navem Charybdi frangere cur juvat?
Malo laboraſ nam furente,
Digne puer meliore ſorte.

(2

6. Fra

6.

Traētare libros Aonios Deus
 Te jussit: haud debent fore liberi
 Cura tibi, totus sacris qui
 Deditus es Clarius JOHANNES.

7.

Aptabit olim fors capiti tuo,
 Formosa Conjux cornua, quando tu
 Venâris Aëleon Camenas,
 Delia ceu, Clarius in undis.

8.

Ludus remisit cum studium tibi,
 Xanthippa fesso verbera verbaq;
 Tentabit uxor dira sandem,
 Aut lotium ruet in miscellum.

9.

Catull⁹ Vesanus annon, quisquis amat torum, &
 oblatum Hostis nefandis qui se odiis necat?
 sibi à quo Paucos dies non, ceu * Catullus,
 dam car- Secula sed male nauseabis.

men pes-
 simè elabo-
 ratum, a-
 liquan-
 diu & il-
 lud nau-
 scavit.

10.

Quæ saga, quis te solvere Cynthius
 Magus venenis, quis poterit Deus?
 Vix illigatum te triformi
 Pega sus expediet Chimææ.

11.

Credo furentis te tenet orbita
 Astri? Tibi nunc Sirius aestuat;
 Bello Polonium terra flagrat
 Tu Veneris tbalamos capeffis.

12.

Sponse, hæc Sophorum frons docet aspera
Cubile vobis, gaudia Conjugum &
Demunt, lacesunt usq; tadas
Linguere legitimas jubentq;.

13.

Sed non movetur torva tuentibus,
Neu se caprorum ruga senex virum
Turbet: medullas cura vana
Mordeat baud tibi PAR venustum,

14.

Cujus, Sophista, hic tu generis dabis
Marem, qui amico gaudeat baud jugo?
Natura mortales quod omnes
Ferre jubet, male tu negabis.

15.

Flammis aduri corporis impiis,
Spectante Divum Concilio an piam
Blandamq; præstat cum secundis
Ducere carminibus Maritam?

16.

Nobis honestum est, Ordinis Optimi
Mandante Cælo postere Nuptias:
Sponfos honores consequuntur,
Cassa Domus manet ast solutos.

17.

Conjux marito, quas Schola pertinax
Rugas coëgit, ponet amabilis:
Fessum labore & recreabit,
Blanda labella dare ac jubebit.

18. Uxor

18.

Uxor beato sydere condita,
Ferre & tremendi iudicium sciens
Catonis, efformat minacem
Æacidam sapiens Briseis.

19.

Ridente sponsa, Martius & furor
Cessat, plagosusq; ORBILIO suas
Virgas reponit, moxq; amicum
Degenerat subito in parentem.

20.

Tractare libros, edere liberos,
Absurda qua sunt, dicite? Cornua,
Nasute, quondam fors tulisti.
Ipsemet à socia parata.

21.

Xanthippe averno mersa Acherusio
Nostros molestat Slestadium baud lares:
Ancilla nobis non procatur
Penelopen facilem cum habemus.

22.

Quas colligata hic Nobilitas cicit
Turbas Polonis; omnia militi
Curâ paternâ Regis almi
Debita reddita. Pax amica est.

23.

Culpare nati singula πᾶσι
Si non acerbo carmine pungerent
Cunctas voluptates, quid essent?
Tam facile est bona reprobare.

ERNESTE

24.

ERNESTE flamma nescia Cypria,
REGINA se ornat dum tibi, Victimam
Cælo dicatas tu memento
Reddere, nos feriemus agnam.

25.

Aude esse felix, & procul amove
Rugas, amorisq; indue vincula:
Hæc ad beatam tuta cunctis
Semita, Connubium sacratum

26.

Urbs par amicum vos, NOVA BOIJA,
Hero è Magno sub BOJANOVIO,
Cives fovebit; multa dona
Et SCHOLA culta dabis merenti,

27.

Seu LIBRA, seu vos SCORPIUS aspicit
Formidolosus, pars violentior
Natalis horæ; seu Tyrannus
Hesperis CAPRICORNUS undæ.

28.

Octobre quin mox Arcitenens Domus
Junget timendis sidera nuptiis,
Magno JOVI SATURNUM avarum; ast
Plaudite, pronuba nam antecedit,

29.

Nunc nos amici carmine prævis
Donis fruemur, quas posuit Ceres:
REGINA senos fundet orbes,
Octo dabit cyathos JOHANNES,

30. At

*At vos venusti corporis oscula
Certe, LUDI ludere gaudia:
Licet beatis esse vobis,
Vivite, lati AMO conjugate,*

